

1516. v = 17.

Sigismundus I. Rex Polonia,  
Summo Pontifici Leoni X<sup>o</sup>

115

Sanctissime etc Ago immensas gra:  
tias Vestre Sanctitati, quod hunc  
Reverendum Dominum Episcopum Sca:  
ren' virum prudentem et expertum  
mittere Dignata sit in has oras ad  
mea potissimum negotia procuranda, in  
quibus quia sedulam, et fidelem ope:  
ram prestitit, cum Vestra Sanctita:  
ti ea animo commendando, supplicoque  
illi, ut hos ejus labores sua beneficen:  
tia rependere Dignetur. Postulavi au:  
tem ab illo, ut una cum Reverendissi:  
mo Domino Cardinali Sanctorum Qua:  
tuor Protectore regni mei exponeret  
Vestre Sanctitati Statum et angu:  
stias meas, et subditorum meorum  
supplicaretque meo nomine Vestra  
Sanctitati pro nonnullis gratijs  
quas ipse referet, Oro itaque ve:  
stram Sanctitatem humilibus preci:  
bus meis, ut illi fidem adhibere, et  
postulatis meis benigne annuere  
Dignetur. Quo fauet rem clementia  
sua Dignam, reique Christiane con:  
ducibilem, Dominus Deus servet San:  
ctitatem vestram Diutissime so:

spitem  




